

cap. 19. n. 14. & ex Nugno in *explic. Bull. Cruciat.* 11. *verf.* Secundò notandum est.

1570. 23. Dec. — Locorum Ordinarii Canonicos Regulares Congregationis Lateranensis, Ordinari S. Augustini, seu aliquem eorum molestantes super Præcedentia ante alios quoscunque Regulares, Excommunicationis majoris penam incurunt. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 116. qua incipit* Cùm ex Ordinum, §. 3.
1571. 28. Jan. — Damnantur ea omnia Cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca Cambia celebrare simulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, litteras quidem suas Cambii tradunt, sed non mittuntur, ut transacto tempore unde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis hujusmodi litteris traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & recipientes usque à principio ita convenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis, hujusmodi litteris recepti solutionem faciat: cui malo simile etiam illud est: cùm pecuniæ, sive depositi, sive alio nomine facti Cambii traduntur, ut postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur: sed & in ipsis Cambiis, quæ realia appellantur, interdum Campiores præstitutum solutionis terminum, lucro ex tacita, vel expressa conventionem recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt: quæ omnia vitiosa esse declarat, & ne fiant, prohibet *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 98. qua incipit* In eam, & referunt etiam Quaranta in *Sum. Bullar. verb.* Utiura, pag. mibi 500. ac Campioni in *Instruct. pro Confessor par. 2. cap. 29. num. 6.*
1571. 28. Jan. — Ad tollendas in Cambiis occasiones peccandi, fraudesque feneratorum, statuitur, ne deinceps quisquam audeat sive à principio sive

sive aliàs certum, & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacifici, neque realia Cambia aliter, quàm pro primis nundinis, ubi illa celebrantur, ubi verò non celebrantur, pro primis terminis juxta receptum locorum ulum exerceat, abusu illo prius rejecto, Cambia pro secundis, & deinceps nundinis, sive terminis exercendi: Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quàm loca destinata solutionis desiderant, feneratori detur occasio: Quicumque contra hanc Constitutionem commiserit, pœnis à Sacris Canonibus contra Usurarios inflictis se noverit subjacere: Qui verò conspirationes fecerint, vel congestam ubique pecuniam ita ad se dedegerint, ut quasi monopolium pecuniæ facere videantur, pœnis, quæ à jure contra exercentes monopolia constituta sunt, teneantur. *Pius V. apud eod. ibid.*

1571. 1. Mar. — Archiepiscopi, & Episcopi Regni Siciliae Inventarium omnium rerum suæ Curia quorannis conscribant, pœnes se habeant, & si eos de vita decedere contigerit, illud Sigillo suo obfirmatum, fidei Sacerdotis, cui peccata confitentur, morte impendente committant, qui eà cura protinus ipsum Prælato, ac Domui, seu Conventui digniori Regularium illius Civitatis debeat resignare, successori Episcopo consignandum. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 121. qua incipit* Muneris nostri, & referunt etiam Quaranta in *Sum. Bullar. verb.* Inventarium Actoium, pag. mibi 289.
1571. 12. Jun. — Omnibus, & singulis Abbatibus, & Prælati Congregationis Cassinensis, Monachorum Ordinis S. Benedicti conceditur facultas quoscunque Monachos, Conversos, Committos, & Oblatos, tam professos, quàm Novitios, in ea tamen perseverantes, à quibusvis crimi-

ribus, reatibus, culpis, censuris, & poenis, ex quavis causa, & ob quemvis excessum, & delictum, publicum, vel occultum, casu, seu data opera, quomodolibet ab eis, etiam si homicidium, seu membri mutilatio, non tamen post ingressum huiusmodi, pro tempore subsecutum, seu subsecuta fuerit, etiam si de casibus reservatis Sedi Apostolicæ, vel de comprehensis in Bulla, quæ die Cœne Domini legi consuevit, fuerint, injuncta sibi poenitentia salutaris, quoad reatum homicidii tantum, in foro Conscientiæ tantum absolvendi, & liberandi. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 129. qua incipit Dum ad Congregationem, §. 1. Margar. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 197. ac refert Margg. disquisit. Moral. tom. 2. disquisit. 1. num. 76. pag. mibi 157. nec non Passerin. de elect. Canon. cap. 26. num. 46. & meminit etiam Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 31. num. 5. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*

1571. 21. Jul. — Concessio Cruciatæ Sanctæ, & aliorum Indultorum particularium, quantum ad articulum eligendi Confessorem, & absolvendi à Casibus reservatis, cum Fratribus, & Sororibus Monialibus totius Ordinis Prædicatorum S. Dominici non habet locum: sed idem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint: Priori tamen Conventuali, & Superioribus Prælati dicti Ordinis conceditur, ut ipsi per seiplos idem omnino possint in Fratres, & Moniales sibi subditos, quod possunt Episcopi in Clericos, & Laicos sibi subditos, tam quoad facultatem absolvendi in foro animæ, seu conscientiæ, quam dispensandi in Irregularitatibus. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 132. qua incipit Romani, §. 2. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 217. Constit. 10. & meminit Passerin. de elect. canon. cap. 26. num. 16.*

1571.

1571. 6. Aug. — Decretum Concilii Tridentini *sess. 23. de reform. cap. 15.* de approbatione Regularium audiendis Confessionibus præpositorum ab Episcopis facienda, observari debet etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sub regulari disciplina viventibus, etiam si sint Lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum suorum licentia, Graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus Ministris Sæcularium Confessionibus audiendis existiti: II tamen, qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diocœssibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinentur: ab Episcopo autem lucescere pro majori conscientiæ suæ quiete examinari de novo poterunt. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 133. qua incipit Romani, §. 2. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Confessor, pag. mibi 196. Peyrin. de Privileg. Regular. pag. 210. num. 8. Barboia de potest. Episcop. tom. 2. in fine, pag. 57. Matthæucc. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 8. num. 3. ¶ Notandum, quod potest Episcopus, ejusque Vicarius hoc Examen remittere omnibus, de quorum sufficientia, & idoneitate se moraliter certum æstimat, præsertim Graduatis, promotis, & ordinariis Professoribus, quia discretio (quæ est mater virtutum) honestas, & æquitas postulat, ut non examinentur tales, qui habent publicum suæ scientiæ testimonium, ut habet Wigandt in Tribus. Confessor. tract. 1. Examin. unic. quarto 1. pag. mibi 2. Concilium enim Tridentinum ait, quod approbandus examinetur ab Ordinario, si ipsi videbitur esse necessarium, aut aliis idoneus judicetur, quod cum aliis advertit Barboia in d. Concil. sess. 23. cap. 15. num. 32. & ex eo Biffus in Hierurg. tom. 1. lit. A. num. 419. §. 21. ¶ Vide supra, 1567. 16. Maji.*

1571. 20. Sept. — Quicumque habens Beneficium Ecclesiasticum, cum Cura, & sine Cura, si post

G 3 sex

314

sex Menses, quam illud obtinerit, Divinum Officium legitimo cessante impedimento non dixerit, Beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis Officii, & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam inquit perceptos in Fabricas ipsorum Beneficiorum, vel Pauperum elemosinas erogare teneatur: Ne autem animi dubitent, cuiusmodi ratione prædicta ratio sit habenda, statuitur, ut qui Horas omnes Canonicas, uno, vel pluribus diebus intulerit, omnes Beneficii, seu Beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, amittat: qui verò Matutinum tantum omiserit, dimidiam partem fructuum diei: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: & qui horas singulas, sextam partem amittat. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 135. quæ incipit Ex proximo, & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Hora Canonice, pag. mihi 281.*

1571. 20. Sept. — Prædicta fructuum amissio sequatur, tamen aliquis Choro addictus non recitatis omnibus Horis Canonicis cum aliis præsentibus adfit, fructusque, & distributiones fortè aliter assignatas, sola præsentia juxta Statuta, Consuetudines, Fundationem, vel alias sibi lucri fecisse præsentat: Item præter fructuum, & distributionum amissionem, item ille, qui primis sex Mensibus Officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excuserit, grave peccatum intellegatur admisso: Præsentia quoque, præsentiales portiones, & qualiacunque alia Beneficia, etiam nullum omnino servitium habentibus obtinentes, cum prædictis pariter conveniant: Quicunque denique Pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, ut Clericus, percipit, modo prædicto ad dicendum Officium parvum Beate MARIÆ Virginis sit obligatus, & Pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxius. *Pius V. apud eisd. ibid.*

1572. 25. Maji. — Excommunicationis poenam ipso facto incurrit Vir, sive Mulier, Sæcularis, aut Ecclesiasticus, etiam si Regularis Ordinis ille sit, qui *Agnus Dei* per Romanum Pontificem pro tempore existentem benedictos depingere, inscribere, minio notare, vel aurum, aut colorem illis imponere, aut quicquam aliud super inducere, vel depingi, aut minari facere, illoque venales proponere, seu tenere audeat. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 2. quæ incipit Omni certè studio, §. 1. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Agnus Dei, pag. mihi 6.*
1572. 24. Jun. — Poenitentiarium potest institui ab Episcopo dumtaxat, quamvis de consuetudine debeant Præbendæ conferri ab Episcopo, & Capitulo. *Congreg. Concil. apud Corrad. in Prax. benef. lib. 2. cap. 4. num. 107. ubi etiam quod institutio Officii Poenitentiarium quodcumque facienda, ad solum Episcopum pertinet, abique consensu Capituli, ex ead. Congreg. à plurib. relata DD. ibid. citatis.*
1572. 3. Aug. — Pro litteris Absolutionum, & Dispensationum in foro Conscientiæ nihil omnino à quocunque accipi potest, quemadmodum Romæ obtervatur *Congreg. Episcopi apud Nicol. in Lacubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 203. pag. mihi 220. nec non in Floscul. verb. Gratis nu. 1. ad XII.*
1573. 10. Febr. — Episcopus idoneos ad audiendas Confessiones approbet: quos verò aliis uti idoneos prævio examine admiserit, alio examine, atque approbatione non indigent, alioquin examen, & approbatio committatur Episcopo viciniore. *Congreg. Concil. in Bobien. apud Pasucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Confessione, Confessoribus, pag. mihi 197.*
1573. 1. Mar. — Tres Constitutiones Pii V. quarum prima *Erfo Mendicantium* edita 1567. 17. Kal. Jun. — secunda *Ex superna emanata* 1567. 17. Kal. Jun. —

Kal. Sept. — tertia *Ad hoc* publicata 1571. 23. sept. ad terminos Juris communis, & Concilii Tridentini reducitur *Gregor. XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 9. qua incipit* In tanta, & referunt etiam Quaranta in *Sum. Bullar. verb. Privilegia Regularium, pag. mibi 410.* Cordeirus de *perf. Parocho, par. 1. de oblig. Cleric. tract. 1. quest. 12. num. 3.* & Barbofa de *potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 59.*

1574. 7. Ian. — Omnibus, & singulis Regni Sicilia ultra Pharam Incolis, & Habitatibus, & Locorum, Civitatum, & Terrarum Universitatibus liceat Censui juxta Nicolai V. Constitutionem (de qua supra, 1402. 30. sept.) facere, emere, & vendere, eosque sic constitutos Censui, validos, & licitos, non autem fenerationis esse, perinde ac si litteræ Pii V. (de quibus supra, 1569. 19. Ian. & 1570. 10. Jun.) non emanassent, declaratur, & statuitur: illud addendo, ut in Censuum emptione, & venditione, prius unius, vel plurium rerum certarum super qua, vel quibus, Censui ipse constituatur expressè, & deinde si voluerint, omnium bonorum in genere censio fiat, quemadmodum in censuibus contractibus hujusmodi in futurum in eo Regno celebrandis, & præteritis, in quibus fortè prius generalis, deinde specialis bonorum mentio facta est, quoad hoc in suo robore permanentibus, retineri, & quatenus opus sit, de novo introduci, & observari præcipitur: Præterea si qui abusus in contractibus prædictis faciendis irrepleverint, qui Constitutioni dicti Nicolai aliqua ex parte adversantur, vel facultatem redimendi Censum, tam annualem, quam perpetuum aliquo modo restringant, aboleantur. *Gregorius XIII. in Constit. qua incipit Quæ à Romanis, apud Quaranta in Sum. Bullar. verb. Contractus censuales, pag. mibi 211.*
1574. 29. Ian. — Confessarii Regulares, qui Confessiones audiunt Regularium, tam Mulierum, quam

quam Fratrum, non possunt ab Episcopi cogi ad examen ex Decreto Tridentini *sess. 23. cap. 15. de reform.* si tamen ad Confessiones audiendas deputati fuerint à Superioribus Regularibus. *Congreg. Concilii in Reatina apud Pasucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mibi 303.* ¶ Vide infra 1670. 21. Jun. ¶ Notandum, quod nullus potest audire Confessiones Fratrum, nisi sit à Superiore eorundem Fratrum approbatus cum Jurisdictionis concessione, prout DD. apud Barbof. in *Concil. loc. cit. num. 9.* ¶ Notandum secundò, quod Regulares itinerantes, absque licentia expressa Superiorum possunt apud quemcumque Sacerdotem confiteri, quia per licentiam itinerandi datur implicitè talis facultas, ut aliis comprobatur *Novat. in Sum. Bullar. par. 2. Comment. 35. num. 4. apud Bissum in Hierurg. tom. 1. litt. A. n. 419. §. 16.*

1574. 17. Apr. — Excommunicationis lætæ sententiæ poenam incurrunct Monachi Congregationis Casinensis, Dignitates extra dictum Ordinem requirentes, nec non complicæ, & fautores. *Gregorius XIII. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 205. qua incipit* Nihil in unaquaque.
1575. 15. Ian. — Abbatiffes, & Prioriffas Monasterium sub cura Congregationis Casinensis existentium, ad annum, vel biennium tantum, & non ultra in dictis administrationibus permanere, sub Excommunicationis majoris poena decernit *Gregorius XIII. apud eund. ibid. Constit. 206. qua incipit* Cum sicut.
1575. 12. Jun. — Excommunicationis poenam, super qua à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impetrari, ipso facto incurrant Abbattiffas, Abbates, & alii Monasteriorum utriusque sexus Superiores, qui in Monasteria, Domos, & Loca sua Mulieres prætextu licentiarum, & facultatum ingredi faciunt, vel permittunt. *Grego-*

- rius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. *Constit.* 28. *qua incipit Ubi gratia*, & *reservant etiam* Margarini. in Bullar. Casacen. tom. 1. *Constit.* 208. Quaranta in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium, pag. mibi 344. Alcani. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disput. 22. *quæstio* 1. num. 4. Balbofa de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 61. Mattheuce. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 13. num. 29. & Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. mibi 395.
1575. 7. Oct. — Non erigatur novum Monialium. 326
Monasterium, nisi in loco adfint Presbyteri Sæculares, aut Regulares apti, & idonei ad earum audiendas Confessiones, vel Monasterium habeat, unde sustentare possit Confessarium exterum ad hunc effectum. *Congreg. Concil. in Amerinen. apud Paicucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Vignatel. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 86.*
1576. 27. Mar. — Excommunicationis late sententia poenam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolvi possint, eo ipso incurrunt Provinciales, Correctores locales, & quivis Religiosi Ordinis Minorum, qui Visitationibus, aut aliis Officialibus cujusvis Regionis, aut Nationis à Correctore generali pro visitandis Provinciis missis resistere, aut se opponere audent. *Gregorius XIII. in Constit. 2. qua incipit Ex Pastoralis, apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 219. ubi pag. 337. num. 1. cap. 7. ait, quod hoc est in viridi obliantia, & refert casum cujusdam Provincialis, qui declaratus fuit excommunicatus ob hujusmodi resistantiam, anno 1632. 10. Sept.*
1576. 10. Maji. — Cùm sufficiat communicare in 328
ultima Dominica Jubilei, poterit Confessarius absolvere in prædicta Dominica à reservatis. *Gregorius XIII. apud Nicol. in Floscul. verb. Iubilæum, numer. 3. ubi etiam quod ita servat communis usus, & praxis Urbis, & Orbis, volente, & approbante Pontifice: consuetudo verò est optima legum interpretis.* 1576.

1576. 22. Sept. — Confessores in vim Privilegio- 329
rum Cruciatæ Sanctæ eligendi, neminem ab incur-
su, & lapsu in hæresim absolvere possint. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 37. qua incipit Officii nostri, §. 2.*
1576. 23. Sept. — Parochi tempore Pestis mini- 330
strent omnino Parochianis peste infectis Sacramen-
ta Baptismi, & Pœnitentiæ per alios, licet te-
neantur residere, idque pro commoditate eorundem Parochianorum. *Congreg. Episc. in responsione ad D. Carolum Borromæum apud Paicucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Vignatel. par. 2. tit. de Residentia, pag. mibi 354.*
1577. 17. Jun. — Potest Episcopus sub pœna Ex- 331
communicationis præcipere Ludi Magistro, ut
suos Discipulos mittat ad addiscendam Doctrinam
Christianam in Ecclesia, prout Nuncio Apostolico
Venetiæ scripsit *Congreg. Concil. in Tragaruien. apud Monacel. in Formular. leg. pract. part. 2. tit. 13. form. 6. num. 9. pag. mibi 239.*
1577. 12. Jul. — Monialibus Regularibus subiectis 332
deputentur Confessarii extraordinarii, etiam qui
eiusdem Ordinis non sunt Regulares. *Congreg. Episcopar. in Neapolitana, apud Paicucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Vignatel. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 95. ¶ Vide tamen infra, 1622. 5. Febr. ¶ Notandum, quod extraordinarius Confessarius Divinæ gloriæ, & animarum salutis zelo, & amore ardens, antequam ad Monasterium sibi assignatum accedat, cùm Monialium Vicario aget, ut obstacula, & impedimenta, quæ ibi sunt, ab eo cognoscat; non tamen eis se intumens, & familiarem indicabit, nec Confessario ordinario, ut ait Alcanius Tamburinus de Jur. Abbatissar. disput. 16. *quæstio* 9. num. 1.*
1577. 17. Dec. — Excommunicationis late sententiæ 333
poenam incurrunt qui in locis Sedi Apostolicæ sub-
jectis sal exterum metari audent. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 49.*

que incipit Ex incumbenti, §. 2.

1577. 18. Dec. — Omnes, & singuli Sedi Apostolice subiecti, qui cuiusvis generis frumenta, blada, & legumina, atque animalia quæcunque extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare audent, seu præsumunt, Excommunicationis lata sententia pœnam incurrunt. *Gregorius XIII. apud eund. ibid. Constit. 50. que incipit Volentes, §. 1.*
1578. 14. Jul. — A' Cenuris fulminatis per Bullam Cœnæ non potest Episcopus absolvere, licet sint occulta. *Congreg. Episcoporum in Comen. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 45. pag. mibi 176.*
1579. 2. Ian. — Ubi Religiosorum frequentia ad Monialium Regularibus subiectarum fuerit scandalosa, Episcopus faciat Decretum, quo nullus præter earum Confessarium, aut Capellanum, nec non ipsarum ordinarios Superiores, seu Visitatores, accedat. *Congreg. Concil. in Ariminen. apud Pasceve, in Compend. ad Consultat. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Monialibus, pag. 87.*
1579. 23. Apr. — Rectorii Presbytero Collegii Angliæ in Urbe pro tempore existentem conceditur, ut perse, vel Confessarium idoneum, quem duxerit eligendum, singulos Alumnos à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, Interdicti, aliisque sententiis, & Censuris, ac pœnis Ecclesiasticis, quas ipsi pro tempore quomodolibet incurrerint, & à quibusvis peccatis, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam in casibus in litteris die Cœnæ Domini legis solitis, contentis (conspirationis in personam, vel statum Romani Pontificis, falsitatis scripturarum, & litterarum Apostolicarum, delationis armorum, vel aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, iniectionis manuum violentarum in Prælaros dumtaxat exceptis) dispentare liberè, & licitè valeat. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 53. que incipit Quoniam, §. 17.*

¶ Vi-

¶ Vide infra, 1604. 7. Decembr.

1579. 13. Aug. — Si vacatio Præbendæ Pœnitentiarii contingat in Mense Apostolico, aut alias eiset reservata, vel affecta, electio etiam Personæ Pœnitentiarii spectat ad Papam. *Congreg. Concil. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 1. pag. mibi 163.*
1580. 30. Sept. — Qui prosequitur aliquam suam prætensionem per viam Iustitiæ, asserens se id facere non ex odio, vel rancore, credi debet, & admitti ad Sacramenta. *Congreg. Episcoporum in Alexana, apud eund. in Floscul. verb. Odium, num. 1.*
1581. 16. Mar. — Non potest Concilium Provinciale dare facultatem Pœnitentiario subdito Episcopi Suffraganei eligendi Confessarium non approbatum ab ipso Suffraganeo. *Congregat. Episcoporum apud Quaranta in Sum. Bullar. verb. Concilium Provinciales, pag. mibi 185. num. 13.*
1581. 26. Apr. — Abbates proprium, & separatam Territorium, ac Iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, possunt approbare Confessarios etiam pro Sæcularibus, tam Subditis, quam confluentibus, sicuti cæteri locorum Ordinarii. *Congreg. Episcoporum in Caven. apud Nicol. in Floscul. verb. Abbas, num. 8. ac etiam in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. nu. 10. vers. Limita tamen primo, pag. mibi 162. ubi aliz duæ posteriores Decisiones ejusdem Congregationis, quarum prima in Neocæsaren. 1595. 24. Jan. & altera in Nullius Marussis 1630. 20. Aug. & refert etiam Bilsus in Hierurg. tom. 1. litt. A. num. 11. §. 2. ex Castropol. part. 4. tract. 23. punct. 17. §. 3. num. 1. & 2. Gobat in expetivim. Theolog. tract. 7. num. 47. & 56. Mend. in Epistom. verb. Approbatio, num. 1. & habentur etiam tres Decisiones Retales in Calaguritana Jurisdictionis 1604. 26. Jun. coram Ortembergo, & 1611. 6. Jun. ac 1615. 22. Maji coram Ubaldo, quas citat Alcan. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. disp. 6. quæsto 11. numer. 2. & refert per extensum.*

in fine

- in fine 3. tom. 1. *decif. 46. 49. & 50.*
1581. 8. Nov. — Regulares ad audiendas Confessiones approbati, non sunt cogendi ad emendam caritatem, seu tabellam Casuum reservatorum. *Congreg. Episcoporum in Salernitana, apud Nicol. in Florent. verb. Casus reservati, num. 16.*
1582. 23. Dec. — Prælari, sive Sæculares, sive Regulares, quibus cura monialium incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria Monialium ita uti possint, si id faciant in casibus necessariis, alioquin si contraxerint, qui dignitatis Pontificalis fuerint, pro tertia vice ipso facto absque alia declaratione excommunicati existant, Regulares verò Excommunicationi similiter subjaceant. *Gregorius XIII. apud Cherubin in Bullar. tom. 2. post Constit. 28. qua incipit Dubiis, §. 2. & referunt etiam Margarit. in Bullar. Casuum. tom. 1. Constit. 217. Quaranta in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium, pag. 343. Barbosa de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 62. Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. 356.*
1582. 3. Apr. — Presbyteris Societatis JESU per Præpositum generalem, vel eius subordinatos illius Superiores de ejus licentia designandis, & ab Ordinariis locorum approbatis, vel approbandis, etiam si Magisterii, vel Doctoratus, aut aliis gradibus insigniti non sint, Litteras Sacre Pœnitentiariæ Apostolicæ aperiendi, Confessionibusque Fidelium ad ipsos recurrentium auditis, & imposita salvari in illis expressa, vel de jure infligenda pœnitentia, absolvendi, ac in foro Conscientiæ quæcumque sibi verbo, vel scriptis commissis absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum injunctiones excipiendi, & exequendi licentia, & facultas conceditur. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 75. qua incipit Exponi, §. 1.*
1582. 26. Jun. — Confessarius ex ignorantia, vel levitate Sigillum frangens, privetur in perpetuum fa-

- um facultate audiendi Confessiones, & suspendatur ad tempus à Divinis. *Congreg. Episcoporum, apud Nicol. in Florent. verb. Confessarius, numer. 19. ac etiam in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de penis. & remiss. num. 17. pag. mihi 164. ¶ Notandum primò, quod dicitur Sigillum ex eo quod ficticius, quæ in litteris sigillo munitis continentur, non possunt legi, vel manifestari aliis absque fractione sigilli, ita non possunt ea manifestari, quæ occasione Sacramentalis Confessionis cognita sunt, ut habet, d. Nicol. in dd. Lucubrat. *ibid. num. 18. ¶ Notandum secundò, quod sigillum Confessionis est de Jure Divino, naturæ, & positivo, ut habent Nicol. *ibid. num. 19. & Bissus in Warburg. tom. 2. lit. 5. num. 146. ¶ Notandum tertio, quod in violatione Sigilli Confessionis non datur peritas materiæ, ut est ferè communis apud Castropal. par. 4. tract. 23. punct. 19. §. 1. num. 12. apud Bissum *ibid. n. 146. §. 2. 3. ¶ Notandum quarto quod oblivisci ideo debet Confessarius audita in Confessione, memor illius sententiæ, illud, quod per Confessionem scio minus scio, quam illud, quod nescio: ¶ Confessarij igitur omnino linguam continent, quia ex eorum imprudenti loqua citate sæpissimè gravissima oriuntur scandala: & Casum referunt Ludovicus Bail. in examin. Confessar. 1. part. in fine, ac Baptista Corrad. *respons. 1. par. qu. 32. de quodam Marito, qui interfecit Uxorem, quia quidam Confessarius in Italia dixerat coram quibuldam, primam Mulierem, cujus Confessionem exceperat, fuisse adulteram, ut habet Bissus, *ibid. §. 25.******
1582. 5. Jul. — Prælatus Episcopo inferior in ea parte Diocesis, quæ Jurisdictioni suæ subiecta est, habet facultatem reservandi sibi aliquot Casus, quemadmodum Ordinariis licet in suis Diocesis, si tamen habeat Jurisdictionem quasi Episcopalem in eo loco, & nulli Diocetano ipse subdit, nec ejus Subditi. *Congreg. Concil. in Veranen. apud Nicol. in Florent. verb. Casus reservati, num. 5. necnon in Lucubrat.*

Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. n. 139. vers. VIII. an autem, pag. mihi 197.

1582. 23. Aug. — si Delictum, ex quo provenit Irregularitas, esset publicum, & actus, quo incurritur, occultus, veluti si publicè excommunicatus, vel notoriè fornicarius occultè exercitasset actum Ordinis, Episcopus non posset dispensare: quod si Delictum occultum esset, actus verò, ex quo Irregularitas incurritur, publicus, tunc bene Reum absolveret, ut respondit *Congreg. Concil. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 3. num. 30.*
1582. 23. Nov. — Si Subditus nominatim excommunicatus transfret ad aliam Diocesim, Ordinarius, in cujus Diocesim permanet, debet prohibere, ne cum aliis conversetur. *Congreg. Episcoporum. in Tropien. apud eund. par. 3. in pralud. nu. 58. pag. mihi 19.*
1582. 23. Nov. — In absolutione excommunicati non est imponenda poenitentia Carceris, vel aliam nimis rigida, sed pia, & factibilis, ut alii ad obedientiam in funiculis Adam, scilicet per amorem efficacius trahantur, quia fortis est ut mors dilectio. *Congreg. Episcoporum. in Larinen. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 47. pag. 176.* ¶ Notandum primò ex occasione poenitentiae, quod Confessarius per se loquendo sub mortali tenetur contenti injungere poenitentiam, quia ut Sacerdos in gravi agit contra Sacramentum, quod relinquit imperfectum, & mutilum, nimirum parte integrali destitutum: ut Judex, laetia sententià, non infligit poenam: ut Medicus non praescribit medicinam, ut habet Wiganus in *Tribun. Confessar. tract. 13. de Pariten. exam. 8. quaro 3. pag. mihi 569.* ¶ Notandum secundò, quod non est opus angere, vel scrupulari Confessarum, si eo momento poenitentiam injungere, & absolutionem dare vult, sine sua culpa non habeat distinctam singulorum peccatorum memoriam, quia in longa

longa Confessione, praesertim generali videtur impossibile: & hinc sufficit, quod recorderetur majoris partis peccatorum & cognoscat statum Poenitentis, ut ait idem Wiganus in *d. Tribun. tract. 1. exam. unic. quaro 9. pag. 8.*

1582. 1. Dec. — Episcopus extra suam Diocesim existens non potest sibi in Confessarium eligere Sacerdotem non subditum, & à proprio Ordinario non approbatum. *Gregorius XIII. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 38. num. 10.* ¶ Notandum, quod cum facultas data fuerit Episcopis, & Superioribus eligendi Confessarium, illam intelligendam esse datam nedum Legatis, aliisque Superioribus Episcopis, puta Metropolitanis, & Patriarchis, sed etiam Cardinalibus, debet *Fagnan. in cap. ne pro dilat. numer. 46. de panit. & remiss. apud Petram in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. unice. Joannis XV. sess. unic. num. 49. & ideo Diana ait 5. tract. 2. r. 10. quod Cardinales possunt eligere pro se, & Familia sua Confessorem sibi bene visum, licet in praxi eligere soleant approbatum ab Ordinario.* ¶ Vide infra 1609. 3. oct.
1582. 5. Dec. — Omnes illi, qui ex conditio statuto tempore, & in loco convento Monomachiam commiserint, etiamsi nulli Patrini, Socii ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullave provocatoriae litterae, aut denunciationis Chartulae praecesserint, Cenfuris, & poenis à Concilio contra Duellantes propositis teneantur, perinde ac si publico, & consueto abusu singularè certamen invisissent: nec non permittentes, mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel favorem dantes. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 2. Constit. 78. quae incipit Ad tollendum, §. 1.*
1582. 9. Dec. — Facultate concessa Episcopis in Decreto Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 6.* dispensandi in Irregularitatibus omnibus, & Suspendiis ex delicto occulto provenientibus, excepta

ed, quæ oritur ex homicidio voluntario, & aliis deductis ad forum contentioſum, uti non licet etiam inferioribus Jurisdictionem quaſi Episcopalem habentibus in locis ſuæ Jurisdictionis. *Congreg. Concil. apud Matthæucc. in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 8. n. 81.*

1582. 15. Dec. — Monachis omnibus, Monialibusque, & Commiſſis, ac Oblatis Congregationis Caſinenſis conceditur poteſtas, & facultas abſolute culpa, atque peccato Carnes comedendi Conventualiter in Refectorio, in quo vigere ſolet obſervantia Regularis, cum lectione tamen, & ſilentio in illis Monaſteriis dumtaxat, in quibus conſuetudo eſt edendi Carnes. *Gregorius XIII. apud Margar. in Bullar. Caſinen. tom. 1. Conſt. 220. qua incipit Univerſis.*

1583. 13. Sept. — Monaſteria Monialium non ſunt erigenda, niſi Ordinariis locorum contententibus, & niſi in iis dumtaxat locis, quæ muro munita ſunt, & in quibus adest Preſbyterorum Sæcularium, vel Regularium copia ad audiendas earum Confeſſiones, niſi in facultatibus haberent Moniales, ut Confeſſarium aliunde aſcitum ſuſtentare valerent. *Congreg. Concil. apud Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatiffar. diſputat. 21. quaſto 10. numer. 3.*

1583. 13. Sept. — Qui Puellam habitu Regulari induit, ſive ſit Superior, ſive Confeſſarius, non ingrediatur Monaſterium. *Congreg. Epiſcopor. apud eund. ibid. diſput. 4. quaſto 4. num. 2. & referet etiam Palucc. in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Monialibus, pag. miſi 95.*

1583. 13. Sept. — Si Monialium Confeſſarius ingrediatur Monaſterium ad audiendam Confeſſionem Monialis infirmæ, Cellæ janua remaneat aperta, & ambæ Comitrices ad ejuſdem Cellæ januam morentur, ita ut Confeſſarius ab ejuſdem commodè cerni poſſit. *Congreg. Epiſcopor. apud Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatiffar. diſput. 24. quaſto 2. numer.*

numer. 3. & referunt etiam Barboſa in *Concil. ſeſſ. 25. de Regul. & Monial. cap. 10. num. 19. Nicol. in Lucubr. tom. 2. Can. lib. 3. tit. 1. n. 9. pag. miſi 80.*

1583. 13. Sept. — Monialium Confeſſarius non poteſt ingredi Clauſuram, ut comitetur Medicos, aut Operarios: neque ut audiat Confeſſionem illius infirmæ, quæ poteſt accedere ad Sedem Confeſſionalem. *Congreg. Epiſcopor. apud Gavant. in Manuali, verb. Monialium Clauſura, numer. 38. & 39. & referunt etiam Nicol. loc. cit. nec non Matthæucc. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 13. numer. 40.*

1583. 13. Sept. — Confeſſarius Monialium non poteſt Clauſuram ingredi prætextu ſepeliendæ Monialis, aut officium funerale peragendi. *Congreg. Epiſcopor. apud Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatiffar. diſput. 24. quaſto 5. n. 2. & referet Matthæucc. loc. cit. numer. 38.*

1583. 13. Sept. — Non poteſt Monialium Confeſſarius Clauſuram ingredi ad benedicendum Monaſterium, & Monialium Cellas Sabbato Sancto, vel alio tempore. *Congreg. Epiſcopor. apud d. Matthæucc. in d. Offic. Cur. Reg. loc. cit. n. 40.*

1583. 13. Sept. — Horti, & Prata Religioſorum Monaſterii eorum contigui comprehenduntur in Conſtitutione Pii V. (de qua ſupra, 1566. 24. Cæ.) ita ut Mulieres, ſi in eos ingreſſæ fuerint, abſolutione indigeant. *Reſolutum referi Aldan. in Compend. canon. reſolut. lib. 3. tit. 5. n. 12. apud Barboſ. in Concil. ſeſſ. 25. de Regular. & Monial. cap. 5. numer. 115.*

1584. 3. Apr. — Decretum Epiſcopi, in quo habetur, quod nullus Confeſſarius, etiam ab Ordinario approbatus, poſſit tempore Paſchali Confeſſiones alicujus audire ſine licentia proprii Curati, nullo modo eſt obſervandum, cum iatis valde faciat obligationi ſuæ Penitens, deferendo Parocho fidem Confeſſionis audita à Perſona approbata, *Congreg.*

Episcopos. in Cremen. apud Palsucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Regularibus. pag. mihi 304.

1784. 3. Apr. — Si quis opinaretur, quod Confessiones Regularibus approbatae factae, essent nullae, vel Confessarii suspecti, incidit in errorem contentum in Extravag. Joan. XXII. incipiente *Vas electionis*, prout *Congreg. Episcopos. in d. Cremen. apud eund. ibid.* ¶ Vide idcirco infra, Propositionem damnatam, 1690 7. Dec. la 20.

1784. 15. Maji — Decretum Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 8.* intelligendum est de Cathedralibus tantum quoad institutionem Pœnitentarii cum unione Præbendæ proximè vacaturæ. *Congreg. Concil. apud Conrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 3. num. 102. ubi etiam quod dum dictum Concilium de Cathedralibus loquitur, non ita dicendum est de Collegiatis; quod quidem si voluisset, expressisset; sed non expressit, ergo noluit, cap. ad audientiam, de Decim. cap. inter corporalia, de translat. Prælat.*

1784. 18. Maji — Peccant, qui omisso digniori, eligunt dignum, ut notat omnes in *cap. constitutus, de appellat. apud Rotam in Toletana Canoniciatus coram Sanctissimo, relata in par. 1. decis. recent. decis. 69. num. 8.* & cum in tali casu violeatur iustitia distributiva, ideo tenebuntur digniori damnum resarcire, quod inde illatum illi fuit, *Sylv. in verb. restitutio 3. quest. ult. vers. secundò, cum aliis ibid.*

1784. 5. Sept. — Singulares Personæ Capitulorum, & Conventuum, quæ Juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati, aut Decretis Concilii Tridentini obviantia exigere contenderint, Excommunicationis sententia innotantur eo ipso, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, absolutionis beneficium possunt obtinere. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 93. qua incipit Inter Apostolicas, §. 3. & refert etiam Quaranta in*

Sum.

Sum. Bullar. verb. Juramentum, pag. mihi 290.

1784. 2. Oct. — Pœnitentarius delegatus non potest suam auctoritatem, & ideo nequit substituere alium in audiendis Confessionibus. *Congregat. Episcopos. in Regien. apud Gavant. in Manuali. verb. Pœnitentarius, numer. 20. & refert etiam Burboa in Concil. sess. 24. cap. 8. num. 27. de Pœnitentario, ne de potest. Episc. par. 3. allegat. 55. num. 10. nec non de Canon. & Dignit. cap. 26. num. 18. ea ratione, quia Delegatus, maximè ad unum ministerium, subdelegare non potest, nisi hoc illi expressè demandetur, ex cap. ult. §. ceterum, de offic. deleg.*

1784. 7. Dec. — Omnes & quicunque, Animalia, Jumenta, aliaque res, & bona in Statu Ecclesiastico diripientes, abducentes, & furto subtrahentes, ementes quoque, permutantes, recipientes, penes se habentes, & retinentes, Excommunicationis majoris latae sententiæ poenam ipso facto incurrunr, à qua nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice, aut de ejus speciali mandato, præterquam in mortis articulo constitutus, factique, vel mandatà dictorum Animalium restitutione, vel satisfactione, absolutionis beneficium valeat obtinere. *Gregorius XIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 98. qua incipit Non sine gravi, §. 1.*

1785. 7. Mar. — Quamquàm spectet ad Examinatum conscientiam iustitia Examinis, est nihilominus Offitium Vicarii videre bene, quod nulla fiat injuria Regularibus quoad Confessiones, & quod non approbentur ignorantes, quia scuti ex primo capite patiuntur damnium, & dedecus Religionis, sic ex secundo cautatur detrimentum Animalibus. *Congregat. Concil. in Camerinen. apud Palsucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Regularibus pag. mihi 304.* ¶ Notandum, primò quod Confessarius agnoscens, vel debens agnoscere se omnino insufficientem audiendis Confessionibus, peccat, quando examini se exponit

H 3 & quan-

& quando petit, vel accipit literas patentes Episcopi, vel alio modo acceptat jurisdictionem, ut ait Campioni in *Instructi. pro Confessor. par. 1. cap. 1. num. 2.* ¶ Notandum secundò, quod Confessarius peccat toties, quoties advertens se omnino insufficientem, non adhibet debitam diligentiam, ut per studium competens fiat sufficiens, prout dicit idem loco citato. ¶ Notandum tertio, quod qui studiosè quærit ignorantem, & stupidum Confessarium, peccat graviter, illi confitendo, ut habet Wigandus in *Tribunali Confessor. tract. 1. exam. unie. Quæro 7. pag. mibi 7.*

1585. 1. Maji — Omnibus, & quibuscunque Personis Professionem Regularem in Congregatione Clericorum Regularium S. Majoli, aliàs de Somasche emissuris, in ipso Professionis emissionis die conceditur, ut aliquem dictæ Congregationis Presbyterum possint sibi eligere in Confessorem, qui ipsos, Confessione eorum audita, à quibusvis Excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine latis, & in quibus infortescerent, & declarati, ac publicati forent, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, & in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, factâ prius debita satisfactione, & sine alicujus præjudicio, semel tantum, injunctâ salutari poenitentia, abolvere possint. *Sixtus P. apud Cherubin in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 4. que incipit Æquum. §. 4.* ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec. ¶ Quoad infortescentiam notandum primò, quod ille intelligitur infortescens in Censuris, qui animo pertinaci, & indurato, seu in contemptum Clavium, quia scilicet noluit obedire, seu se subicere Clavibus, perseverat in Censura per annum, *cap. cum bona. de stat. & qualis.* & hæc annalis infortescencia in Censurâ lata extra causam hæresis, reddit infortescentem suspectum de hæresi, ita ut contra eum per Inquisitorem procedi possit, per text. in *cap. cum contumacia. de hæresi.*

in 6. apud Pascucc. in *Compend. ad Censur. Canon. Jac. Pignatell. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis. pag. mibi 160.* ¶ Notandum secundò, quod Excommunicatus, ob contumaciam, si perseveraverit per annum in Excommunicatione, habetur pro convicto, & confessio super delicto, de quo est inquisitus, *c. rursus. & c. quicumque 11. qu. 3. cap. nullus. de presumpt. cap. 1. ut lit. non contest. Gloss. in c. cum secundum. de hæretic. in 6. Farinacc. & Gonzal. apud Pellegrin in Prax. Vicarior. par. 4. sect. 7. n. 23. pag. mibi 358. ubi etiam quòd condemnari ideo potest etiam absens tanquam convictus, secundum Abb. & Goffred. ac Adden. ad Abb. *ibid. citatos.* ¶ Notandum tertio, quod de Jure Canonico inducit infamiam omne peccatum mortale, in quo quis impoenitens persistit. *Souza lib. 2. Aphor. inquis. cap. 24. num. 4. apud Nicol. in Lucubr. tom. 1. lib. 1. tit. 16. n. 5. pag. mibi 58.**

1585. 23. Maji — Parochus approbatus per Concursum censetur idoneus ad audiendas Confessiones etiam extra suam Parochialem, sed in ea tantum Civitate, & Loco, ubi sita est Parochialis, non autem passim per totam Diocesim. *Congregat. Episcoporum. apud Nicol. in Floscul. verb. Parochus. num. 7. & referant etiam Bissius in Hierurg. tom. 1. lit. A. num. 419. §. XL. ex Barbola de offe. Paroch. cap. 19. n. 3. ac etiam Engel. in Manuali Parochor. par. 3. cap. 2. num. 6. ubi ipse excipit consuetudinem.* ¶ Notandum primò, quod beneficium Parochiale obtinentes, eo ipso ad audiendas Confessiones approbati censentur: post dimissum autem beneficium non potest amplius Parochus absque nova approbatione accipere Confessiones, nec etiam ceteri sufficienter idoneus, & approbatus ad illas audiendas tempore Jubilæi, ut resolvunt DD. *apud Barbol. in Concil. sess. 23. cap. 15. num. 17. & 21.* ¶ Notandum secundò, quod Confessarii, etiam Parochi in suorum Subditorum juramentis, seu votis nequeunt in neutro foro dispensare, ut volunt DD.

apud d. Barbof. de potest. Episc. par. 2. allegat. 36. num. 16. ¶ Notandum tertio, quod non potest Parochus prohibere suis Parochianis, ne tali Sacerdoti ab Ordinario approbato confiteantur, nisi aliud habeat consuetudo, vel approbatio sit data cum conditione consensus proprii Parochi, prout habet Nicol. in *Florescul. verb. Parochus*, num. 11. ex Bonac de Sacramen. disp. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 5. nu. 35.

1585. 24. Jun. — In Jubilæo à Paschate ad Pentecosten non imponuntur Sexunia, prout in hujusmodi Bulla, quam edidit Sixtus V. apud Bissum in *Hierurg. tom. 1. litt. I. num. 227. §. 6.* ubi tom. 2. litt. R. num. 95. §. VII. ait, quod in Jubilæo Romano non requiritur Communio Eucharistica, ut omnes, etiam incapaces Communionis, possint tantum thesaurum adipisci, ex Quintanad. tom. 1. in *append. tract. 8. dub. 8. num. 3.* ¶ Notandum primo, quod qui committit reservatum sub spe obtinendi abolitionem virtute Jubilæi, potest verè absolvi, ut cum Cardinali Bellarmino tenet Alloz. in *Alphab. mor. verb. Indulgentia*, sect. 4. num. 28. ¶ Notandum secundo, quod quis transacto tempore Jubilæi absolvi possit ab aliquo reservato casu, quem ex oblivione in facta Confessione omisisset, quia ab illo factum indirectè erat absolutus, Bonal. in *Theolog. moral. tom. 2. tract. 26. lect. 53.* ¶ Notandum tertio, quod pro Monialibus tempore Jubilæi sunt peculiariter approbandi Confessarii, ut aperte asserit Lantufca in *Theatro Regular. verb. Jubilæum*, num. 2. debet tamen Ordinarius plures Confessarios hoc tempore pro Monialibus approbare, quia cæterum ipse non gauderet privilegio eligendi hunc, vel illum, nec Episcopus potest illas ad unicum Confessarium astringere, cum non possit restringere gratias, & indulta Pontificis, ut ait Bissum in d. *Hierurg. tom. 1. litt. I. num. 227. §. IX.*

1585. 30. Nov. — Omnibus, & singulis Abbatibus Congregationis Casinensis, etiamsi ab Archiepiscopo-

piscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis ad id examinati, & approbati non fuerint, conceditur, ut Christifidelium quorumvis utriusque sexus, tam Laicorum, quam Clericorum ad eos spontè quandocunque accedentium, Confessiones diligenter audire, nec non ipios ab omnibus, & singulis eorum peccatis, & excessibus, si id humiliter petierint, quemadmodum alii Catholici Sacerdotes Confessarii examinati, ut præfertur, & approbati possunt, absolvere, & pro commissis, & erratis penitentiam salutarem ipsis injungere valeant. Sixtus V. apud Margarin. in *Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 224. qua incipit Universitas* ¶ Vide infra 1670. 21. Jun.

1586. 14. Ian. — Congregationi Visitationis Apostolicæ conceditur facultas absolvendi omnes, & quascunque Personas à Censuris in Bulla die Cœnæ Domini legi solita reservatis, exceptis casibus gravioribus, ut Hæreses, transportationis armorum ad Infideles, & similibus. Sixtus V. in *Constituto*, petente Cardinali Senonensi ejusdem Congregationis Præsente, apud Nicol. in *Lucubratis. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 43. vers. IV.* Notandum, pag. mihi 175. ubi etiam quod dicta Congregatio hac facultate usque ad hodiernum diem semper usa est.

1586. 28. Ian. — Singuli Capuccinorum Superiores, Provinciales, Ministri Domorum, Guardiani, Vicarii, seu Præsides aliquem Fratrum Minorum de Observantia post emissam Professionem sine licentia Apostolica recipientes, nec non Fratres ipsi de Observantia, qui sine dicta licentia eosdem Capuccinos se transferentes recipiunt, Excommunicationis sententiam eo ipso incurunt. Sixtus V. apud Cheubin. in *Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 20. qua incipit Pro ea*, §. 3.

1586. 18. Mar. — Non videtur bonum præcipere Confessariis, ut cogant Pœnitentes recitare in principio Confessionis *Pater noster*, *Ave Maria*, *Credo*,

Credo, & decem Præcepta, nam sine necessitate non sunt imponenda onera duriora. *Congregat. Episcoporum in Januensi apud Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 17.*

1586. 18. Mar. — Fides, sive Scheda Confessionis, etiam sanis dari debet, ubi solum est. *Congregat. Episcoporum in d. Januensi*, & apud eund. *ibid. numer. 28.* 376

1586. 25. Apr. — Religiosi Societatis JESU non tenentur in audiendis Confessionibus adhibere Superpellicum. *Congregat. Episcoporum apud Biffum in Hierung. tom. 2. litt. H. num. 4. §. 1. ex Gavan. in Manuali, verb. Confessarius, num. 35. ubi quod Regulares audiant Confessiones cum habitu Choralis, ex Concil. Provinc. Mediolan. 5.* 377

1586. 22. Maji. — Excommunicatus, elapso anno à declaratione, citatur tanquam suspectus de Fide, absque alia monitione præmissa. *Congreg. Episcoporum apud Nicol. in Floscul. verb. Excommunicatio, num. 20. ubi etiam quod si in Paschate absolutionem obtinuit, non potest dici infordelens, licet absolutus fuisset ad reincidentiam, & statim reincidisset, ex ead. Congregat. in Perusina.* 378

1586. 9. Jul. — Omnes, & singuli Eremitæ S. Romualdi Montis Coronæ Ordinis Camaldulensis sub Regula S. Benedicti, Excommunicationis majoris poenam, (à qua nullus præter Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo, absolutionis, beneficium impendere possit) eo ipso incurrunt, si ad alios quoscunque Ordines, etiam ad Sacrum Erènum ejusdem Camaldulensis Ordinis Aretinæ Diocesis, sine expresso consensu, & licentia à Majore pro tempore existente supradictæ Congregationis in scriptis petita, & obtenta, transire, & transire audeant. *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 35. qua incipit Ea est, §. 2.* 379

1586. 13. Aug. — Confessarii Regulares ab Episcopis non approbati non possunt illorum Confessiones 380

siones audire, qui servant in suis Monasteriis. *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 3. & antea retulit Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 1. Julii II. §. 15. num. 12. pag. mihi 28. ¶ Vide etiam infra, 1670. 21. Jun.*

1586. 4. Sept. — Capitulum Sede vacante non potest conferre Pœnitentiarum, licet collatio sit communis. *Congregat. Concil. in Messanensi, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 1. tit. 28. de Vicar. Capitulum, num. 11. vers. Limitatur autem primo, pag. mihi 41. ¶ Notandum, quod Pœnitentiarum potest resignari, sicuti alia Præbenda, etiam in favorem alterius, dummodo habeat qualitates requisitas, ut resoluunt Salaz. in libel. de institut. Canonizat. Pœnitentiar. §. 5. Ceval. commun. contra commun. qu. 897. num. 485. apud Barbol. de pœnit. Episc. par. 3. alleg. 55. num. 34.* 381

1586. 5. Sept. — Presbyteris Congregationis Oratorii S. Philippi Neri ubicunque existentibus in Urbe à Vicario in Spiritualibus generali, seu extra eam ab Ordinariis locorum ad Confessiones audiendas quemodolibet approbatis, eorumque singulis conceditur, ut perpetuis futuris temporibus omnium, & singulorum Christianissimum Confessiones audire, illique auditis, eos à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque quibusvis Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis quavis occasione, vel causa quemodolibet latis, & per eos incursum, nec non ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, ac delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam in casibus Sedi Apostolica reservatis, vel in posterum reservandis, exceptis tamen in litteris die Cœne Domini legi consuetis absolvere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem eis injungere, nec non Vota quæcunque ultra marina visitationis liminum Beatorum Petri ac Pauli Apostolorum de Urbe, & S. Jacobi in Compitella, Castitarique, & Religionis Votis dumtaxat 382

rat exceptis in alia poenitentia, vel pietatis operam commutare possint: ac etiam qui ex eis prævio examine ad Confessiones audiendas in ipsa Urbe à dicto Vicario approbati fuerint, extra eandem Urbem absque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum, indulto, & facultatibus hujusmodi uti, ac potiri liberè, & licitè valeant. *Sixtus V. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 565. qua incipit Decet, & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Confessor. pag. mihi 199. ubi quoad ultimam partem dictæ Constitutionis habet, quod licet decreto Concilii Tridentini sess. 13. cap. 15. caveatur, ne quis absque propriorum Dioecesanorum examine audeat Confessiones audire; si tamen hujusmodi Privilegium fuerit, ut proponitur, à Sede Apostolica concessum, utique omnino est observandum, quamvis nullam derogationem, aut mentionem Concilii Tridentini contineat, ex Congregat. Concil. ¶ Vide tamen infra quoad absolutionem à reservatis, 1601. 9. Jan. & 1602. 26. Nov. ac 1604. 7. Dec. nec non 1628. 1. 8. Nov. & denique 1690. 21. Jan.*

1586. 30. Sept. — Referendariis utriusque Signaturæ conceditur, ut aliquem idoneum Presbyterum Sacularem, vel cuiusvis Ordinis Regularem ab Ordinario approbatum in suum possint eligere Confessorem, qui omnium peccatorum semel in vita, & in mortis articulo plenariam remissionem, & indulgentiam eis Sacra Communionem relictis concedere possit. *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 41. qua incipit Quemadmodum, §. 10.*

1586. 21. Oct. — Damnantur, & reprobantur omnes, & quicumque contractus, conventiones, & pactiones, per quos, seu quas caveatur Personis pecunias, animalia, aut quaslibet alias res Societatis nomine tradentibus, ut etiam si fortuito casu quamlibet jacturam, damnum, aut amissionem sequi contingat, fors ipsa, seu capitale semper saluum

seum sit, & integrum à Socio recipiente restituatur, sive ut de certa quantitate, vel summa in singulos annos, aut mentes durante Societate respondeatur. *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 45. qua incipit Detestabilis, & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Contractus ad caput saluum, pag. mihi 207. & Campioni in Instruct. pro Confessor. par. 2. cap. 29. num. 25.*

1586. 21. Oct. — Prædicti contractus, conventiones, & pactiones, usurarii, & illiciti censeri debent; atque non liceat iis, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in Societatem tradent, de certo lucro, ut præfertur, percipiendo inter se pacisci, & concordare; neque etiam, sive ad certum, sive ad incertum lucrum convenerint, Socios, qui ea recipient, ac sortem, seu capitale saluum, & integrum, ubi illud casu fortuito perierit, vel amissum erit, reddendum quovis pacto, aut promissione sibi obligare. *Sixtus V. apud eisd. ibid.*

1586. 21. Oct. — Ne autem de cætero Societates intendantur sub hujusmodi pactis, & conditionibus, quæ usurariam pravitatem sapiunt, interdicitur, & prohibetur, sed potius cuncti noverint, Societates hujusmodi, cum in posterum unus pecuniam, animalia, aut alias res, & bona, alter verò operam vel industriam confert, purè, sincerè, & bona fide, sicut decet, iustis, & æquis conditionibus, & pactis, secundum Juris dispositionem, ac sine ulla prorsus fraude, palliatione, aut usurariæ pravitatis labe, aut suspitione ineunda, seu contrahendas esse, ita ut non ad certam summam, aut quantitatem ab omni periculo, & damno, ut præfertur, immunem luci nomine persolvendam, neque ad capitale, si casu fortuito perit, restituendum Socius accipiens teneatur. *Sixtus V. apud eisd. ibid.*

1586. 21. Oct. — Si verò finita Societate, ipsum capitale extat, ei, qui illud in Societatem contulerit, restituatur, nisi Socio recipienti fuerit communicatum, aut aliter inter ipsos Contrahentes su-

per eo legitimè conventum sit: Idem præterea, Contractantes, fructus, expensas, & damna in commune conferant, & prout æquum, & iustum fuerit, sibi communicent, atque dividant. *Sixtus V. apud eisd. ibid.*

1586. 21. Oct. — Si qui ergo contractus, conventiones, & pactiones in futurum contra huiusmodi prohibitionem de facto iniri fuerint, nulla ex eis tanquam per hanc Constitutionem damnatis, & reprobatis, etiamsi juramento, aut in forma Camere Apostolicæ, vel aliâs quomodolibet roborati fuerint, obligatio civilis, aut naturalis oriatur, nullaque actio realis, aut personalis, nec Iudicis officium, neque aliud quodcumque jus cuiquam competat, neque quoad sortem, seu capitale integrum recuperandum, quod casu fortuito perierit, aut amissum erit, neque quoad certas summas, & quantitates in singulos annos, aut menses, luti socialis nomine promissas. *Sixtus V. apud eisdem ibid.*

1586. 21. Oct. — Si qui verò in posterum sub prædictis conditionibus, & pactis contrahere temerè præsumperint, aut prætextu similium contractuum, conventionum, & pactionum Societatis nomine initorum, qui hucusque durant, ad exactionem dictæ fortis, seu capitalis, sive illius pretii, & valoris, postquam illud in toto, vel in parte casu fortuito perierit, aut amissum sit, aut certæ summae, vel quantitatis annuæ, aut mensuræ sibi promissæ in futurum procedere ausi fuerint, si universi, & singuli in pœnas contra manifestos Usurarios, & Fœneratores à Sacris Canonibus, & Conciliis generalibus latis, & promulgatis eo ipso incurrant, & contra illos uti manifestos Usurarios, & Fœneratores viâ Iuris, aliisque opportunis remediis procedi possit, & debeat. *Sixtus V. apud eisd. ibid.*

1587. 28. Ian. — Licet Episcopo adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Coofessionis, & Eucha-

Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas cap. *Omnes utriusque Sexus, de penit. & remissa*, contemnunt, etiam ad Excommunicationem procedere, nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa ab huiusmodi perceptione ad longius tempus duxerit abstinendum: & potest pro huiusmodi excommunicatorum emendatione elemolynas injungere alicui pro Locorû applicandas: non tamen expedit, ut sibi referret talium abolitionem, antequam eos excommunicet. *Congreg. Concil. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 5. tit. 38. de Penit. & Remiss. num. 2. pag. mibi 161. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 1. num. 17. pag. 42.*

1587. 9. Apr. — Regularium Superiores non possunt absolvere Subditos suos ab Excommunicatione, in quam inciderunt ex accessu ad Monialium Monasteria sine licentia Episcopi sibi huiusmodi abolitionem reservantis, nisi Regulares sint ita Privilegiati, ut non possint excommunicari. *Congreg. Episcoporum apud Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 6. Pii V. §. 10. num. 37. pag. mibi 203. ex Quaranta in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium, pag. sibi 453. mibi autem 450. & ex Suarez. tome 4. de Relig. tract. 1. lib. 1. cap. 10. num. 27. & referunt etiam Barboia de potest. Episc. allegat. 102. num. 73. ac Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disput. 25. questiono 9. num. 1.*

1587. 21. Apr. — Pœnitentiarius tenerè integras audire Confessiones, non autem solos Casus reservatos, ut resolvit *Congregat. Concil. apud Gavant. in Manuali Episcoporum, verb. Pœnitentiarius, num. 23.* Notandum primò, quod Canonicus Pœnitentiarius habendus est pro presenti in Choro, dum audit Confessiones in Ecclesia, sive in Confessionario, sive extra, non autem pro tempore, quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in Choro Divina celebrantibus, prout *Congreg. Concil. apud Corrad. in Prax. dispens. Apostolic. lib. 5. cap. 6.*

388

389

390

391

392

cap. 6. num. 18. ¶ Notandum secundum, quod Penitentiarius non solum censetur præsens in Choro, & non potest privari Distributionibus quotidianis, quando Confessiones audit, sed etiam censetur præsens Processionibus, & Exequiis Defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipse audit Confessiones, sed non sufficit, quod sit in Confessionario, nisi realiter ipse Confessiones audiat, ut ead. *Congreg. apud eund. ibid.* ¶ Notandum tertium, quod Penitentiarius non potest reculare Confessiones audire illorum Parochianorum, ubi sunt Penitentiarium, volentium eis confiteri sua peccata, & si renuerit audire Confessiones, potest ab Episcopo puniri, & privari, ut ex Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 117. & seq. tenet Corrad. *ibid.* num. 19.

1587. 21. Apr. — Penitentiarius non debet in manu tenere virgam, seu bacchetam, sicut in Urbe, præcipue in Locis, ubi hoc non est in usu. *Decisum in Abulen.* referunt Garzias de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 117. Ugolin. de offic. Episc. cap. 33. n. 6. Salaz. in libel. de institut. Canonice. Penitentiar. §. 7. apud Barbof. de potest. Episc. part. 3. allegat. 55. num. 29.

1587. 11. Maji. — Singuli Presbyteri Sæculares, & cuiusvis Ordinis Regulares, ad hoc electi à Gubernatoribus, & Administratoribus, seu Deputatis Hospitalis Mendicorum de Urbe, & ab eisdem Urbis Vicario approbati, singulos Pauperes, Ministros, & servientes præfati Hospitalis à quibuscunque Excommunicationis, etiam majoris, Suspensionis, & Interdicti, aliique Ecclesiasticis, sententiis, Censuris, & poenis à Jure, vel ab homine latis, quibus innodati fuerunt, nec non quibuscunque eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, de quibus Sedes Apostolica merito consulenda foret, videlicet in casibus, tam Ordinariis locorum, quam etiam Sedi Apostolicæ quomodolibet reservatis, non tamen in iudicium deductis, neque contentis in litteris dic Coe-
na Do-

næ Domini legi solitis, semel in ingressu Hospitalis, & iterum ab omnibus supradictis, nullo profus excepto, in mortis articulo, Confessione eorum diligenter audita, in foro tantum Conscientiæ absolvere, inuncta inde eis pro modo culpæ, suo arbitrio, poenitentia salutaris, liberè, & licite valeant. *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Confis. 57. quæ incipit Quamvis, §. 7. Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1587. 8. Iun. — Ordinis Mendicantium Religiosorum semel ab uno Episcopo ad Confessiones Fidelium audiendas approbatus prævio examine, ab eodem Episcopo amplius non esse examinandos, sed tantum ab ejus Successore declarat *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 2. Confis. 566. quæ incipit Lecto.*

1587. 13. Aug. — Absolutionem à censuris, & poenis, ac Irregularitatibus propter crimen Confidentie Beneficialis in Regno Galliæ quomodolibet incurris, pro tempore existenti Sedis Apostolicæ Nuncio, nec non Avenionensi Legato, cum facultate etiam alios subdelegandi committit, & mandat *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Confis. 61. quæ incipit Pastoralis, §. 8.*

1587. 17. Sept. — Recipientes pecunias pro Dimissoriis, Simoniam non committunt, sed aliud delictum punibile. *Congregat. Episcoporum. in Lariven. apud Monacel. in Formular. leg. pract. part. 3. tit. 1. form. 22. num. 11. pag. mibi 99.*

1587. 3. Oct. — Extrahentes, aut quoquo modo amoves Libros, & alia existentia in Bibliothecis Fratrum Minorum de Observantia Ordinis S. Francisci, Excommunicationis latae sententiæ poenam ipso facto sine alia declaratione incurrunt, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, possunt absolvi, & nisi prius satisfactio omni damno dictarum Bibliothecarum. *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. tom. 2. Confis. 67. quæ incipit Cùm sicut, §. 1.*

1587. 13. Nov. — Abbas potest Monachos excommunicare respectu tantum Fori Pœnitentialis, non autem contentiosi, *Butt. in c. cum contingat, num. 13. vers. quidam sunt homines, Abb. num. 29. vers. quoto tamen, num. 33. vers. quarta conclusio, apud Rotam in Casaravugustana Exemptionis coram Orano decisi, recent. par. 1. decisi, 15. n. 13.*
1588. 41. Febr. — Uniones factæ Penitentiario dicuntur factæ auctoritate Concilii Tridentini: unde non comprehenduntur sub regula revocatoria Unionum, *Congregat. Episcoporum, apud Nicol. in Floscul. verb. Unio, numer. 6. & in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 12. pag. mihi 164. & refert etiam Corrad. in Pract. benefic. lib. 2. cap. 5. num. 27.*
1588. 1. Jul. — Congregationis Clericorum Regularium Minorum Presbyteri ab ipsius Congregationis Præposito Generali, vel alio Superiore ac ab Ordinario loci approbati, & de licentia ipsius Generalis, seu Præpositi Domus, in qua pro tempore habitaverint, quorumcunque Christianæ fidei lumen Confessiones audire, illosque à quibusvis peccatis, excessibus, & criminibus, non tamen Sedi Apostolicæ quomodolibet reservatis, absolvere possunt, *Sixtus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 81. quæ incipit Sacræ Religionis, §. 9.*
1588. 1. Sept. — Homicidium casuale, vel ad sui defensionem committens sine aliqua culpa, non incurrit Irregularitatem, quia Tridentinum *sess. 14. de reform. cap. 7.* intelligi debet, cum adest aliqua culpa, *Congreg. Concil. apud Nicol. in Floscul. verb. Irregularitas, num. 3.*
1588. 8. Nov. — Parochus Sæcularis audiens Confessiones tenetur deferre Superpellicium, & Stollam, *Congreg. Episcoporum, apud Gayan. in Manuali. verb. Parochorum muncia, in addit. num. 3. & refert etiam Bissus in Hierurg. tom. 2. lit. 2. num. 4. §. 1. ex Barbosa de pœnit. Parochi, cap. 19 n. 60. Vide tamen infra, 1594. 10. Jan.*

1588. 15. Nov. — Pœcni cum alio facere nemo compellatur, cum sufficiat in foro Conscientiæ injuriam remittere, *Congregat. Episcoporum, in Cajetana, apud Nicol. in Floscul. verb. Pax, num. 2.*
1588. 6. Dec. — Licet Ordinarius, & etiam Inquisitor procedere possit contra eum, qui sine licentia, vel causa legitima veliciter cibis vetitis, diebus ab Ecclesia prohibitis, eò quod redditur suspectus de Lutheranismò, neuter tamen procedere debet contra non jejunantes, sed id soli Foro Penitentiali relinquere, cum multa sint causæ, quæ Rufficos præsertim exculare possunt à jejunio, *Congregat. Episcoporum, in Mariana, apud eund. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 3. tit. 46. num. 7. ubi tom. 1. lib. 1. tit. 2. num. 52. pag. mihi 12. ait, quod Jejunium quatuor Temporum, & Vigiliarum obligat sub mortali, quia ita Jejuniorum legem in talibus interpretata est consuetudo: & ideo dicitur, quod consuetudo est optima legum interpres, l. minime, ff. de legib. ¶ Notandum, quod ad hoc, ut concedatur caro diebus prohibitis, sufficit verbum Pœnitentis arbitrio Confessariorum, dummodo fiat abique scandalo, maxime verò si causa sit evidens, *Paiqualig. de Jejun. qu. 387. 389. & 399. apud Paleuce, in Compens. ad Consult. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Ritibus, pag. mihi 272. ad 5.**
1588. 6. Dec. — Tollendus est cum omni diligentia, & Pastoralis sollicitudine Gentilitatis abusus, quod Femina: in funere uotum Liberorum, Parentum, aut Maritorum, capillos vellat, non tamen imponenda pena Excommunicationis, *Congreg. Episcoporum, in d. Mariana, & antea in Hieracen. 1587. 20. Apr. apud Nicol. in Floscul. verb. Sepultura, numer. 19.*
1589. 18. Jan. — Pro absolutione ab Excommunicatione, à Juramento præsertim ad effectum agendi, Episcopus nihil solvi permittat, præter decimam partem aurei pro Notario, *Congregat. Concil. in Messanen. apud Monacel. in Formular. leg. pract. I 2 part. 2.*

part. 2. tit. 15. form. 3. numer. 12. ad IX. pag. mibi
218.

1589. 18. Jan. — Confessariis Monasteriorum, aut
408 aliis quibuscunque licentiam ingrediendi Clau-
stram Episcopus non concedat, nisi in casibus neces-
sariis. *Congreg. Concil. in d. Messanen. apud eund. ibid.
ad XV.*

1589. 20. Maji. — Omnibus, & singulis Abbatibus,
409 Prioribus, Abbatissis, Priorissis, Præpositis,
Plebanis, Guardianis, Archipresbyteris, Præceptoribus,
Commendatariis, Rectoribus, & aliis quibuscunque
Personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & quorumvis Ordinum,
etiam Militiarum Regularibus in Regno Neapolitano, ac præsertim
in Provincia Apruthi existentibus, sub Excommunicationis late
sententiæ pœna, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore
existente, præterquam in mortis articulo absolvi nequeant, prohibetur,
ne Bannitos, & Viarum Grassatores in Monasteria, Domos,
Ecclesias, Capellas, Hospitalia, aut quævis alia loca recipere,
seu in eis occultare, aut illis auxilium, consilium, favorem,
seu victum, aut vestitam, vel alia eis necessaria directè,
vel indirectè, quomodolibet prestare audeant, vel præsumant.
*Sixtus V. in Constit. quæ incipit Exponi. apud Quarant. in Sum. Bullar. verb. Bannitorum
factores, pag. mibi 89. ¶ Notandum, quod Monachos
Congregationis Casinensis, & eorum Ministros à Centuris,
& pœnis propter Bannitorum receptionem, rerumque
Monasterii subministrationem, metu factam, incurrendis,
perpetuo eximit Gregorius XIII. apud Margarin. in Bullar.
Casinen. tom. 1. Constit. 215. quæ incipit Univerfis,
edita 1580. 9. Sept.*

1589. 2. Jul. — In fenestellis Confessionalibus con-
410 signantur laminæ ferreæ, scilicet, cum minutis foraminibus,
è quibus nec ipsæ Moniales cerneant, vel spectare quempiam,
nec à quopiam ullo modo cerni, aut spectari possint. *Congreg. Episc. & Regul.
in Nea-*

in Neapolitana & Salernitana, apud Quarant. in Sum.
Bullar. verb. Monasteria Monialium, pag. mibi 551.
num. 4.

1589. 2. Jul. — Presbyteris Confessariis ab Abbatissis,
411 Priorissis, vel aliis Præfectis Monasteriorum statuatur æqua,
& idonæ elemosyna, sive provisio, quæ ære communi
Monasterii per solvatur; iis autem visis quod munerum quantumvis
exigui valoris, quæ sibi cum Monialibus possint
intercedere, omnino interdicienda sit, sub pœna
perpetuæ suspensionis ab audiendis tam illarum,
quàm quorumvis aliorum Confessionibus, in quam
ipso facto incurrant. *Congreg. Episc. & Regular. apud
eund. ibid. n. 11. ¶ Notandum, quod si Confessarii
pro sine principali intendant stipendium, peccant
gravissimo Simoniæ mentalis peccato toties, quoties
renovant hunc actum, ut habet Campioni in
Instr. pro Confessar. par. 1. cap. 1. num. 2.*

1589. 2. Jul. — Omnino assignetur cuilibet Monasterio
412 Confessarius extraordinarius, juxta Decretum Sacri generalis
Concilii Tridentini sess. 25. cap. 10. quem quævis Monialis adire
teneatur, cui tamen liberum sit illi sua peccata confiteri,
vel non confiteri. *Congregat. Episcoporum & Regular. in ad. Neapolitana,
& Salernitana, apud eund. ibid. num. 35. ¶ Notandum,
quod quando Confessarii Extraordinarii Monialium
Confessiones audiunt, Confessarius Ordinarius ad Ecclesiam,
& ad Monasterium accedere non debet, ut innotuit Acanius
Tamburinus de Jur. Abbatissar. disp. 16. questio 19. num. 1. vers. Quando Confessarius, Lantica in Theor.
Regular. verb. Moniales, num. 8. relati à Monacel.
in Formular. leg. pract. part. 1. tit. 9. form. 3. numer.
12.*

1590. 16. Apr. — Incidentes Pinus virides, vel
413 ficcas, ligna erecta, vel prostrata, Juniperos, Spinus,
Quercus, Vepres, aliæque ligna in Pineto Monasterii S. Vitalis de
Ravenna existentia, incurruntpœnam Excommunicationis late
sententiæ.

reservata Papæ absolutione. *Sixtus V. apud Margarin. in Bullar. Casim. tom. 2. Constit. 453. qua incipit Quoniam.*

1590. 7. Maji. — Confessariis Monialium interdicitur, ne in Aedibus Monasterii, seu Domus, vel Monasterio, seu Domui Monialium, aut Sororum contingis pernoscant, aut alios pernoscant faciant, vel alias secum retineant: neve extra tempora generalium Confessionum, quibus solum tantum Confessario refectioem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet etiam in suz habitatio, aut Virorum Domus, vel Monasterium, in quo degit, à Monialium, seu Sororum Monasterio, vel Domo nimium distat (nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, resiciantur, aut cibum sumant. *Congreg. Episcoporum, & Regular. apud Quaran. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium pag. mibi 348. & referunt etiam Barbosa de post. Episc. part. 3. allegat. 102. num. 72. ac Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 3. tit. 1. num. 16. pag. 31.*
1590. 2. Jul. — Ubi non adiunt Monasteria Monachorum Casinensium, vel sint posita extra mœnia, concedenda est Confessariis Monialium dictis Monachis subjectarum Domuncula à muris Monasterii Monialium penitus disjuncta: Dicunt etiam Confessarii possunt pernoscant in dicta Domuncula, etiam in locis ubi adiunt Monasteria Casinensia, si distent, vel sint in Civitate, & Moniales extra muros. *Congreg. Episcoporum, & Regular. apud Margarin. in Bullar. Casim. tom. 1. Constit. 333. qua incipit Illustrissimo.*
1591. 31. Maji. — Quilibet Confessarius, sive Secularis, sive Regularis, obrepta ab Ordinario speciali facultate, potest absolvere à peccato, & ab Excommunicatione incurta ex Abortu, licet antea Sixtus Quintus (in Constit. 87. qua incipit Efrænatam, edita 1588. 28. Nov.) Sedi Apostolicæ hunc reservaverit Casum. *Gregorius XIV. apud Cherubin.*

- Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 8. qua incipit Sedes Apostolica, & refert etiam Quaran. in Sum. Bullar. verb. Abortus, pag. 2. & 4.
1591. 4. Sept. — Penitentarius, dum in Ecclesia sua Confessiones audit, non solum lucratur Distributiones, quæ dantur interessentibus in Choro, sed etiam quæ dantur præsentibus, & comitantibus Processiones, ac Exequias Mortuorum, quæ sunt eo tempore, quo ipse audit Confessiones in Ecclesia. *Congregat. Episcoporum, apud Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 125. & refert etiam Bonac. tom. 1. de Hor. Canon. disput. 2. quest. 5. par. 2. §. 5. num. 3.*
1592. 18. Febr. — Non potest imponi pena Excommunicationis, vel alia gravis contra non audientes Missam in die Festo, sed inducendi sunt suavioribus mediis, per exhortationes præcipue Concionatorum, & Confessorum. *Congregat. Episcoporum in Vestmana, & antea in Ostunen. 1577. 12. Jul. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 3. tit. 1. de celebrat. Missar. num. 8. in fine, pag. mibi 131. ¶ Notandum, quod sub Sacro obligatorio re occupare in lectione alicujus Libri per modum studii, aut profane recreationis animi, est peccatum mortale, ut tenet Wiganus. in Tribus. Confessar. tract. 10. de celebrat. Fester. Examin. 5. Quæro 11. Resp. 6. pag. mibi 433. ubi Resp. 7. ait, quod dum alia Missa commode haberi potest, seu sine necessitate faciendo Confessionem Sacramentalem, presertim longam sub Missa obligatoria, hoc præceptum non impletur.*
1592. 17. Aug. — Confirmantur, declarantur, & extenduntur Constitutiones Apostolicæ, & Concilium Tridentinum contra Pugnantes in Duello publicè, vel privatim, mittentesque, scribentes, aut divulgantes chartulas provocatorias, aut scripta, quæ dicuntur Manifesta, eorumque complices, & fautores, sub iidem penis. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 3. Constit. 11. qua incipit Illius vices, §. 5. & 6. & refert etiam Quaran. in Sum. Bullar. verb. Duellum, pag. mibi 218.*

1592. 25. Sept. — Omnes, & singuli quoruncumque Ordinum pro tempore Religiosi, sive Regulares in Regnis Aragonum, Valentiae, & Cataloniae, & tota Aragoniae Provincia existentes, Excommunicationis majoris latae sententiae poenam, eo ipso incurrunt, si Ordinem Fratrum Praedicatorum S. Dominici, illiusque Fratres, qui pro tempore existent, molestant, inquietant, perturbant, aut quoquo modo impedire praesumant circa Precedentiam, quam dicti Fratres S. Dominici habent ante antiquos Ordines Monachales, in omnibus actibus, & Processionibus publicis, vel privatis. *Clemens VIII. apud Cherubin. in d. Bullar. tom. 3. Constit. 13. qua incipit Inter cetera, §. 3.*
1592. 9. Nov. — Typographi, & Biblioplae, Sacra Biblia aliter quam juxta exemplaria Vaticana imprimere, vendere, venalia habere, aut aliam edere, vel vulgare praesumentes, Excommunicationis majoris sententiam, à qua nisi à Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti absolvi non possint, eo ipso incurrunt. *Clemens VIII. in Constit. qua incipit Cum Sacrorum Bibliorum, in initio Sacrae scripturae.*
1592. 22. Nov. — Possunt Parochi per viam praecipue poenalis, non autem sub poena peccati mortalis obstringi ab Episcopo ad docendum Doctrinam Christianam. *Congregat. Episcoporum. in Bergomen. apud Barbol. de potest. Parochi, par. 1. cap. 15. n. 3.*
1593. 10. Febr. — Revocanda prohibitio facta Confessario, ingrediendi Monasteria Monialium post ferotinam pulsationem Salutationis Anglicae, sine licentia Episcopi, cum sufficiat licentia generalis, prout Romae observatur. *Congregat. Episcoporum. in Ferrariorum. apud Palsucc. in Compend. ad Constit. Canon. Jac. Pignatol. par. 2. tit. de Monialibus. pag. mibi 92.*
1593. 15. Febr. — Confessarius Monialium extraordinarius deputandus est in communi, non verò in particulari pro hac, vel illa Moniali. *Congregat. Episcoporum.*

- Episcopus apud Aisan. Tambur. de Jur. Abbatiss. dispn. 16. questio 1. nu. 6. & refert etiam Gavantus in Manuali, verb. Monialium cura spiritalis, num. 12.*
- ¶ Notandum, quod Confessarii Monialium a greges se praebere debent, nec ullo modo negotiis temporalibus se immiscere, proculque à Collocutoris, & Cratibus abire, nisi aliqua necessitas, quae bonum publicum totius Monasterii concernat, urgeret. ut ait Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 3. n. 11.
1593. 15. Febr. — Confessarii Monialium singulis trienniis mutari debent. *Congregat. Episcoporum. Regular. apud Nicol. in Floscul. verb. Monialis, n. 43. & refert etiam Donat. in Prax. Rer. Regul. tom. 4. tract. 13. qu. 18.*
1593. 15. Febr. — Si Theologus legat Theologiam Moralem, sive Casus Conscientiae, potest Episcopus cogere Clericos ad lectiones accedere: si verò legat materias speculativas communi omnium captui non accommodatas, conniveri poterit, si non accedat, quae eas non intelligit: *Congregat. Episcoporum. in Fundana, apud eund. in Lucubratur. 10. 2. Cam. lib. 5. tit. 5. de Magistr. n. 4. pag. mibi 142.*
1593. 28. Febr. — Christiani, qui libros, & codices impios Thalmudicos, vanissimos Cabalisticos, atque alios nefarios continentis tacite, vel expresse Haereses, vel errores contra Sacras veteris legis, & Testamenti Scripturas, vel blasphemias contra Deum, Ss. Trinitatem, JESUM Christum, ejusque Sanctam Christianam Fidem, ac Beatissimam ipsius Genitricem semper Virginem MARIAM, Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Sanctos, &c. retinent, habent, legunt, edunt, imprimunt, describunt, vel exemplare advehere, emere, vendere, donare, commutare, aut aliam quomodolibet distrahere, vel alienare audent, Excommunicationis majoris latae sententiae poenam ab ipso incurrunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 20. quae*

20. *quæ incipit* Cdm Hebræorum, §. 6.

1593. 6. Mar. — Nemo ad Decanatum Congregationis Casinensis promoveri possit, qui doctrinæ congruentis adjuvmentâ non habeat, Casibusque saltem Conscientiæ egregie instructus non sit, de cuius sufficientiâ, & meritis, Visitatores (medio juramento) fidem faciant. *Clemens VIII. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Consi. 145. quæ incipit* Commissum.
1593. 10. Mar. — Concessarii Regularès exempti sunt à Monasteriis, & Religionis oneribus pro eotempore dumtaxat, quo Concessiones excipiunt. *Congregat. Episcopor. apud Birbol. in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 10. num. 15. ex Sel. in secl. Canon. cap. 3. numer. 16. & refert etiam Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disp. 16. questio 1. nu. 4. & refert etiam Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 25.*
1593. 16. Mar. — Januæ Monasteriorum Monialium, quæ inserviunt pro usu Curruum, semper extra claudantur, Claveque remaneant penes Concessarium, vel aliam Personam ab Episcopo deputatam. *Congregat. Episcopor. in Comen. apud Paleucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 92.*
1593. 29. Mar. — Concessarii Monialium Ordinaris inferioribus subsecrari, intelliguntur subsecrari quoad licentias etiam Episcopo. *Congregat. Episcopor. in S. potatana, apud eund. ibid.*
1593. 29. Mar. — Placet prohibitio, ne Concessiones extra Ecclesiam audiantur eorum, qui non sunt infirmi: sed aliquando ex rationabili causa dispensari debet. *Congregat. Episcopor. in Neapolitana, apud Nicol. in Floscul. verb. Concessarius, numer. 24.*
1593. 21. Apr. — Monialium Concessarius debet tenere Clavem illius Cratis, quæ est in Ecclesia, & aperire eam solum occasione Concionis, vel alterius necessitatis non abfimilis. *Congregat. Episcopor. in*

per. in Neapolitana, apud eund. verb. Crates, n. 1.

1593. 26. Apr. — Poterit Episcopus permittere, quod ex duabus Clavibus pro Porta Clausuræ, una remaneat penes Concessarium, altera penes Procuratorem Monasterii. *Congregat. Episcopor. in Potentiana, apud Paleucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 92.*
1593. 21. Maji — Fratres, Superiores, & Prælati Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo, ad Personarum extra Religionem existentium instantiam aliquam ad dicti Ordinis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia promoventes, Excommunicationis lætæ lententiæ poenam incurrunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Consi. 23. quæ incipit* Quoniam, §. 3.
1593. 26. Maji — Regularium Superiores non possunt sibi reservare, nisi omnes, & solos, vel aliquos ex sequentibus undecim Casibus, quorum I. Veneficia, Incantationes, Sortilegia. = II. Apostasia à Religionè, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra septuaginta Monasterii, seu Conventus fiat egressus. = III. Nocturna, & furtiva è Monasterio, seu Conventu egressus, etiam non animo apostatandi facta. = IV. Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale. = V. Juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo. = VI. Procuratio, auxilium, seu consilium ad Abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non secuto. = VII. Falsificatio manus, aut Sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus. = VIII. Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus. = IX. Lapsus Carnis voluntarius opere consummatus. = X. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiusque Personæ. = XI. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio Litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab Inferioribus

rioribus ad Superiores. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. post Constit. 28. Urbani VIII. & referunt etiam Margarit. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 246. Quaran. in Sum. Bullar. verb. Casus reservati, pag. mihi 154. Peyrio. de Privileg. Regular. pag. 295. Bissus in Hierurg. tom. 2. lit. R. num. 189. Matthæucc. in Offic. Cur. Regal. tom. 1. cap. 23. num. 53. pag. mihi 250. Potest. in Exam. Ecclesiast. par. 4. cap. 5. de Ministr. Sacr. Penit. num. 3301. pag. 352. ac etiam Murga in Tract. de Benefic. Eccles. q. 2. n. 572. pag. mihi 199.*

1593. 26. Maji. — Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatiōe, aut pro Concientiæ puritate reservandum fuerit, id non aliter fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia maturâ discussione, & consensu. *Clemens VIII. apud eisd. ibid.*

1593. 26. Maji. — Non liceat Regularium Superioribus Confessiones Subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet Subditi spontè, ac proprio motu id ab eis petierint. *Clemens VIII. apud eisd. ibid.*

1593. 26. Maji. — Regularium Superiores in singulis Domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro Subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse imprimis Confessarius judicaverit. *Clemens VIII. apud eisd. ibid.* ¶ Notandum, quod licet non sit necesse, ut Confessarius assignatis Superior tribuat facultatem absolvendi à reservatis permanentè, & habitualiter, ut ostendit Castropal. par. 4. tract. 23. p. n. 15. §. 5. num. 8. est tamen indubitatum, quod, si velit, possit dare hujusmodi facultatem, absque eo quod aliam licentiam debeant pro occasione nata à Superiore petere, prout Bissus in Hierurg. tom. 2. lit. P. n. 184. §. 2. ¶ 23.

1593. 26. Maji. — Tam Regularium Superiores, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne eâ notitiâ, quàm de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem, utantur. *Clemens VIII. apud eisd. ibid. & referi etiam Bonac. tom. 1. de Sacram. Penit. disp. 5. q. n. 6. p. n. 4. num. 8. nec non disp. 16. q. 9. v. n. 1. in fine.* ¶ Notandum, quod frangit Sigillum Superior localis alicujus Monasterii, qui dicitur Generali, seu Provinciali, in ea Domo sæpe populari facultatem, absolvendi à peccatis reservatis, ut habet Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 3. tit. 38. de penit. & remiss. n. 31. pag. mihi 167.

1593. 26. Maji. — Licet Regularium Superioribus determinare pœnitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quæ Subditos ab hujusmodi patrandis cohibere possint. *Clemens VIII. apud eisd. ibid.* ¶ Notandum primò, quod Confessarius ceteroquin debet imponere Pœnitenti satisfactiōnem proportionatam peccato, juxta vires Pœnitentis, & secundum quod suggererit prudentia spiritus, ex Conc. Trident. sess. 14. cap. 8. ¶ Notandum secundò, quod pro peccatis occultis, quantumvis gravibus manifestam pœnitentiam Confessarius non imponat, ex Rit. Rom. Quare nec Uxori, nec Filiofamilias imponantur Jejunia, vel pœnitentia smiles, ex quibus oriri possit suspicio peccatorum gravium, ut ait Campioni in Instru. Confessar. par. 1. cap. 7. n. 25. ¶ Notandum tertio, quod injunctam sibi pœnitentiam studere Pœnitens debet adimplere, quia tenetur ad illam sub mortali ex genere suo, prout habet Campioni loc. cit. cap. 8. num. 9.

1593. 29. Maji. — Amoventes, & subtrahentes ex Bibliothecis Ordinis Fratrum B. MARIE de Monte Carmelo Libros, & monumenta, sive impressa, sive manuscripta, Excommunicationis sententiæ ipso facto incurrendæ, à qua ab alio, quàm

- quam à Romano Pontifice, nisi dumtaxat in mortis articulo, absolvi non possint, subjeant. *Clementis VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 24. quæ incipit Quæ ad tuenda*, §. 1.
1593. 9. Jun. — Dum Concilium Tridentinum, 443
sess. 24. cap. 8. de reform. mandat Episcopis institutionem officii Penitentiarie cum unione Præbendæ primò vacaturæ, consideravit effectuationem, & ideo hujusmodi facultas non consumitur per erectionem, quæ non fuit sortita effectum: quare, ea non obstante, poterit ad novam erectionem devenire, ut per text. in l. 3. §. hæc verba, de vulg. & pupill. dixit Rota in *Offic. Canonici Officii Penitentiarie*, apud Corrad. in *Prax. benefic. lib. 2. cap. 4. n. 125*.
1593. 23. Aug. — Approbatio Confessariorum potest 444
 inquiri ab Episcopo in ejus prima Visitatione, non autem in aliis Visitationibus. *Congregat. Episcoporum. apud Gavant. in Manuali. verb. Visitatio Episcopi*, n. 37.
1593. 20. Sept. — Si Abbatissa aliquid inveniat 445
 cui per seipsum non possit remedium præbere, id notificet Episcopo, vel Monasterii Confessario. *Congreg. Episcoporum. in una Mantice Elaconis*, apud Palucc. in *Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Montalibus*, pag. milia 93.
1593. 15. Nov. — Penitentiarie officii institutio 446
 & electio Personæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio, ad solum Episcopum spectat, ita ut Capituli consensus minime requiratur, cum hoc solus relinquatur Episcopi arbitrio. *Rota in Majoricens. Caspionibus coram Millino*, & antea in *Abulen. Canoniciatus Penitentiarie*, 1589. 17. Apr. coram Mantice. apud Barbol. de potest. Episc. par. 3. alleg. 55. numer. 2. ubi plures DD. ¶ Notandum, quod deputare debet Episcopus in Penitentiarium, Magistrum, vel Doctorem, aut Licentiatum in Sacra Theologia, vel Jure Canonico, seu aliàs

- aliàs qui aptior pro loci qualitate reperitur, ut ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 8. de reform.* tenent DD. apud d. Barbol. loc. cit. numer. 4. ubi numer. 5. ait ex eodem Tridentino, & DD. citatis, quod in Canonico Penitentiarium requiritur ætas quadraginta annorum, seu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur.
1593. 21. Nov. — Non debet Episcopus imponere 447
 penam peccati mortalis contra Presbyteros, qui non docent Doctrinam Christianam: nec prohibere abolitionem ejus, qui non solvit penam incurram ex eo, quod amittit eandem docere: sed procedere per præcepta contra solos Curatos, qui tenentur ad eam docendum. *Congregat. Episcoporum. in Bergomen. apud Nicol. in Florent. verb. Doctrina Christiana*, numer. 4.
1594. 10. Jan. — Potest fieri Decretum, sed sine 448
 adjectione pœnarum, ut Confessarii Sæculares adhibeant Coctam, & Stolam: Regulares verò saltem Stolam. *Congreg. Episcoporum in Traven. apud eund. ibid. verb. Confessarius*, numer. 18.
1594. 27. Mar. — Licet ex consuetudine Ecclesiæ 449
 possit Canonicus in eadem Ecclesiâ obtinere Dignitatem, qui tamen obinet Canoniciatum, cui post Concilium injunctum est onus Penitentiarie, non potest vigore dictæ consuetudinis obtinere etiam Dignitatem in eadem Ecclesiâ, quia consuetudo est strictè interpretanda, & quia nemo potest esse triplex in eadem Ecclesiâ. *Congregat. Concil. apud Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 6. numer. 39*.
1594. 13. Jun. — Centetur legitime, ac simplici- 450
 ter approbatus ille Regularis, quem Examinatores, quod ipsis esset cognitus, noluerunt examinare, ideoque non potest amplius sub illo Episcopo examinari. *Congregat. Concil. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 5. tit. 38. de penis. & remiss. nu. 10. vers. Et nota*, pag. mibi 163.
1594. 9. Aug. — Potest Episcopus cogere Confessarios 451

farios Sæculares, ut intersint lectioni de Casibus Conscientiæ. *Congregat. Episcoporum. apud Gavant. in Manuali. verb. Clerici conventus. num. 3.*

1594. 9. Aug. — Cùm Pœnitentia salutaris in aliquis excommunicati absolute venerit imponenda, illa non debet esse pecuniaria, sed orationum, jejuniorum, visitandi Ecclesias, Peregrinationum, & his similium. *Congregat. Episcoporum. in una Civitatis Castellana. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. Excomm. num. 47. pag. mihi 176.*

1594. 24. Aug. — Moniales Regularibus licet subiectas alloqui (multò minus in Claustrum ingredi) nemo potest sine licentia etiam Episcopi, vel ejus Deputati, qui cum earum Vicario, seu Confessorio licentias subscribat. *Congregat. Episcoporum. apud eund. in Eloscul. verb. Monialis. n. 28.*

1584. 9. Sept. — Confratribus Archiconfraternitatis B. M. A. R. I. E. de Suffragio in Urbe conceditur, ut Confessorem sibi bene vitum, ab Ordinario approbatum eligere licet, & liberè valeant, qui audita eorum Confessione, eos à quibusvis peccatis, criminibus, & excessibus, etiam quantumvis enormibus, videlicet in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis contentis in literis in die Coenæ Domini legi solitis, his in vita, & in mortis articulo, in aliis verò eidem Sedi non reservatis casibus quoties opportunum fuerit, absolvere, & pro eis salutarem pœnitentiam injungere possit. . *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. constit. 29. qua incipit Ex debito, §. 8. ¶ Vide aliam ejusdem Pontificis Bullam infra postam, & editam 1604. 7. Dec.*

1594. 4. &c. — Non est permittendum, quod Confessarius Claustrum ingrediatur ad effectum aspergendi Aqua benedicta Cellas Monialium, sed Abbatis hoc fungatur officio. *Congregat. Episcoporum. apud Palsucc. in Compend. ad Consultat. Canonice. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Monialibus. pag. mihi 94.*

1595.

1595. 16. Febr. — Qui tempore Pœnitentiæ confitetur Pœnitentiario, satisfacit præcepto. *Congregat. Concil. apud Gavant. in Manuali Episcoporum. verb. Pœnitentiarius. numer. 35. ¶ Notandum, quod Pueri tenentur ad annum Confessionem (de qua in cap. Omnis utriusq. de Pœnit. & Remiss.) quando ita affectui fuerint usum rationis, ut bonum à malo distinguere valeant: cognoscere autem, utrum Pueri tali rationis usu polleant, spectabit ad prudentem Confessarium, qui examinando illos. poterit de eorum habilitate judicare: nam licet Pueri perventi ad septimum annum censentur habere perfectum rationis usum, experientia tamen docet alios ante septennium, alios post, usum rationis acquirere, Castropal. par. 4. tract. 23. par. 20. §. 2. n. 1. quem citat Bissus in Hiernig. tom. 1. lit. C. n. 140. §. V.*

1595. 22. Febr. — Vicarius Apostolicus non potest examinare Confessarios approbatos ab Episcopo. *Congregat. Episcoporum. in una Civitatis Castellana. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. num. 9. ubi etiam quod multò minus Vicarius Generalis Episcopi, ex ead. Congregat. in Reatina 1599. 8. Jun.*

1595. 22. Febr. — Sanctorum Reliquiæ vendi non possunt sine Simonia. *Congregat. Episcoporum. in Aquilana. apud eund. ibid. lib. 3. tit. 45. de Reliq. & vener. Sanctor. num. 4. pag. mihi 136. ¶ Notandum, quod mortale, & sacrilegium committit, qui Reliquiam furatur, etiam devotiois prætextu, quia devotio non dat jus ad nocendum, aut inferendum injuriam alteri, Donatus tom. 1. par. 2. tr. 14. qu. 56. num. 5. apud Potest. in Exam. Ecclesiast. tom. 1. par. 2. de 1. præ. Decal. cap. 6. num. 1521. pag. mihi 165. ubi num. seq. ait, quod licet parvitas materię exulet à mortali, erit tamen mortale sursum minima partem Sanctæ Spinæ, aut Crucis, ratione raritatis, ex Diana par. 5. res. 35.*

1595. 24. Jun. — Qui non confitentur, & non

K com-

communicant in Palchate, non tamen sunt ipso jure interdicti, sed interdicendi sunt per sententiam: unde si ante declarationem moriuntur, non privantur Ecclesiastica Sepultura, dummodo obierint cum signis contritionis. *Congregat. Episcoporum. in Casotana, apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de Penit. & Remiss. num. 2. pag. mihi 161.*

1595. 31. Aug. — Presbyteri Græci Catholici possunt in casu necessitatis Latinos absolvere: utantur autem formâ absolutionis in generali Concilio Florentino præscriptâ, & postea, si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi absolutionis dicere tantum consueverunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 34. quæ incipit Sanctissimus, §. 3. & refert etiam Quaran. in Sum. Bullar. verb. Græcorum Ritus, pag. mihi 261. ¶ Notandum, quod est casus sufficientis necessitatis, evitandi occasionem dissensionis, & turbandæ unionis inter Latinos, & Ruthenos unitos, prout censuit *Congreg. de propog. Fide 1626. 1. Jun. apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. n. 1. in fine, pag. mihi 163.**

1595. 31. Aug. — Tollendus abusus, ubi est, ut Vir, atque Uxor simul & eodem tempore eidem Prelbytero consecantur. *Clemens VIII. apud cold. ibid.*

1595. 31. Aug. — Tolerandus est apud Græcos usus carniû die Sabbathi, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum. *Clemens VIII. apud cold. ibid.*

1595. 31. Aug. — Tolerandum quoque est, ut ad Jejunium eodem die Sabbathi in Quadragesima, excepto uno Sabbatho Sancto, ex antiqua traditione non teneantur, sed dumtaxat ad Abstinenciam. *Clemens VIII. apud cold. ibid.*

1595. 31. Aug. — In Jejunii biduanis, vel triduanis, vel aliâs à Diœcesanis, vel in Jubilæis à Sum-

Summo Romano Pôntifice indictis. Dies Sabbathi in eis comprehensius, vel præscriptus, in alium diem pro Plebsibus Græcis ab ipsis Diœcesanis permittitur commutari. *Clemens VIII. apud cold. ibid.*

1595. 31. Aug. — Si ipsi Græci ad observationem Jejuniorum; & Vigiliarum Latine Ecclesiæ induci possent, optimum esset, sed non cogantur, cum ipsi qualibet hebdomada, & feria quarta, & sexta jejunent. *Clemens VIII. apud cold. ibid.*

1595. 31. Aug. — Græci existentes inter Latinos, dies Festos de præcepto Latine Ecclesiæ servare teneantur. *Clemens VIII. apud dd. Cherubin. & Quaran. ibidem.*

1595. 13. Oct. — Confessores Congregationis Clericorum Sæcularium in communi viventium sub invocatione S. MARIE de Luca, qui ab Ordinario approbati fuerint, Confessiones quorumcunque ad eos accedentium quocunque anni tempore audire, & debitam illis penitentiam pro modo culpæ injungere possint: Superiores autem ipsius Congregationis, per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam. approbatis, suos Subditos à Censuris in Casibus Sedi Apostolicæ relevatis, non tamen contentis in literis die Cœnæ Domini legi solitis absolvere valeant, & etiam debitam illis penitentiam injungere. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 3. in Appendice, Constit. 5. quæ incipit Ex quo, §. 5. & 6. ¶ Vide alteram istius Pontificis Bullam infra positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1596. 31. Maji. — Poenitentarius ante vacationem Præbendæ dicto officio unite, neque vocem in Capitulo, neque in Choro sedem sibi vendicare potest, minusque habendus interim est pro Canonico. *Congregat. Concil. apud Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 5. num. 32. ubi num. præc. dixerat, quod Poenitentarius tenetur suum officium exercere, ac interviere Poenitentiarie, & Parochiale, quam obtinet, dimittere, etiam ante vacationem*

Præbendæ, ex ead. Congregat.

1596. 31. Maji. — Præbenda officio Pœnitentiarii unienda (ut statuit Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 8. de reform.) debet esse integra, atque Canonialis. *Congregat. Concil. apud Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 26. num. 2. nec not. de potest. Episc. par. 3. alleg. 55. num. 3. ubi nu. 11. ait, quod collatio tamen Præbendæ unitæ ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, et DD. ibid. citat. & ex Sac. Congreg. ¶ Notandum, quod Pœnitentiarius, cui certa Præbenda est deputata, & unita, non potest optare, *Congregat. Concil. apud Corrad. in Prax. benef. lib. 2. cap. 5. nu. 24. ex Garz. de benef. par. 5. cap. 4. n. 132.**

1596. 22. Jun. — Non est imponenda poena Excommunicationis, vel aliarum Censurarum ipso facto Clericis venatoribus cum Canibus, Accipitribus, & similibus. *Congregat. Episcoporum in Pœnitentiaria, apud Nicol. in Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 24. pag. mihi 151.*

1596. 26. Jul. — Cùm Itali ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitandum in locis Hæreticorum, ubi tamen aliqua Ecclesia cum Parocho, seu Sacerdote Catholico existat, saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum Confessione, & Sanctissimæ Eucharistiæ perceptione per eos factâ fidem, seu testimonium suis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 3. Constit. 42. qua incipit Cùm sicut, §. 3. & 4. & refert etiam Aican. Tamburin. de Jur. Abbas. tom. 1. Hispan. 15. §. 5. §. 7. n. 53.*

1596. 12. Oct. — Fratres Reformati Minores S. Francisci de Observantia servent Decretum supra positum, & editum 1593. 26. Maji circa reservationem Casuum. *Clemens VIII. apud d. Cherubin. in Bullar. tom. 3. Constit. 45. qua incipit Pro inuncti, §. 5. ¶ Quoad prædicta, hæc Bulla extenditur ad Fratres itidem Reformatos Minores S. Francisci de Obser-*

Observantia Provinciarum Belgarum, Flandriæ videlicet, Sancti Andree, & Brabantie, ut habetur ibid. in alia ejusd. Pontificis Constitutione, §. 5.

1596. 24. Oct. — In Cathedrali nemo debet prædicare, qui non sit Magister in Theologia. *Congregat. Episcoporum in Panormitana, apud Nicol. in Flescul. verb. Prædicator, nu. 18. ¶ Notandum, quod non frangit Sigillum, sed peccat mortaliter, qui in aliquo loco amplo concionatur contra peccata, quæ se dicit in eo loco in Confessione audivisse, licet cum cathela, quia dat scandalum, & Confessionem reddit odiosam, prout Diana apud d. Nicol. in Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. n. 70. pag. mihi 168.*

1597. 18. Jan. — Confessarii tam Sæculares, quam Regulares possunt ab Episcopo denuo examinari. *Congregat. Episcoporum in Callien. & antea in Toletana 1596. 22. Apr. apud d. Nicol. in dd. Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de Pœnit. & Remiss. numer. 9. vers. Quod tamen, pag. mihi 162. prout de Parochis dixi in mea Collectione sub anno 1594. 3. Jan. n. 243.*

1597. 3. Febr. — Vicarius non potest esse Confessarius Monialium, quia Moniales de ipso non considerent. *Congregat. Episcoporum in Mutin. & antea in Surana 1587. 23. Jul. apud Palsucc. in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Eignatel. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 96.*

1597. 28. Apr. — An quis teneatur confiteri peccata in ebrietate commissa, videatur Vincentius Candidus Ordinis Prædicatorum *disquisit. moral. disquisit. 22. artic. 27. dubit. 5. Sed ad nos, remissive citatus à Rota in Hispanen. Voti coram Gyptio, decisi. recent. par. 3. in annot. ad Decis. 28. n. 137.*

1597. 15. Maji. — Ordinarius non potest prohibere Confessariis, ne audiant Confessiones eorum, qui per viam Justitiæ prosequuntur vindictam injuriæ sibi illatæ. *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Flescul. verb. Confessarius, numer. 10.*